
Fragmentarium



is et fustibus missi a principibus sacerdotū:
et senioribus populi. Qui autem tradidit
eum: dedit eis signum dicens. Quencunq;
osculatus fuero. is est. tenete eum. Et cōfe-
stim accedens ad iesum dixit. Aue rabbi.
Et osculatus est eum. Dixitq; illi iesus.
Amice ad quid uenisti? Tunc accesserunt
et manus iniecerunt in iesum: et tenuerūt
eum. Et ecce unus ex iis qui erant cū iesu.
extendens manum: exemit gladiū suū:
et percutiens seruum principis sacerdotū
amputauit auriculam eius. Tunc ait illi
iesus. Conuerte gladium tuum in locum
suum. Omnes enim qui acceperint gladiū
gladio peribunt. An putas quia non pos-
sum rogare patrem meum: et exhibebit
mihi modo: plus q̄ duodecim legiones an
gelorum. Quomodo ergo implebuntur
scripture: quia sic oportet fieri. In illa hora

License: cc-by-nc – Dunedin, Dunedin Public Library, RMM Fragment 32, 2026_DunedinRMM32a_recto – Psalter with Gospel readings (https://fragmentarium.ms/view/page/F-ot3d/1178/88738)